

XLIV. *Ager inter Cremonam et Brixiam.*

Ne praeiudicium fiat iis qui in fines territoriorum accuratius aliquando inquirent, proprium caput dedimus titulis repertis inter colonias duas Cremonam et Brixiam numero non paucis, sed ita comparatis, ut non facile sit recte iis uti in quaestione finali. Invenies primum titulos aliquot in dextra ripa Ollii repertos Gabbionetae et prope eam ad S. Iohannis in deserto, item Robecchi et in dextra ripa e regione Pontevici; sequuntur reperti ad Gambaram et Gottolengum, item Isorellae Visani Calvisani, item ad S. Gervasii et Scorzaroli et ad Verola vecchia, item Leni et ad Lenum Milzanelli Manerbii Pozzani Ghedi, denique Bagnoli. Ad Cremonam ducunt in his n. 4148 Pedernagensis, in quo commemoratur vacatio ex decreto pagi paganorum Farraticanorum cuidam concessa

finibus Cremonensium, item n. 4191 repertus Bagnoli militis legionis X Veneriae, tribus autem Cremonensium, omnino ita comparatus, ut is cui positus est videatur fuisse ex veteranis post bellum Philippense deductis Cremonam. Componendus est cum his n. 4041 repertus a sinistra Clesi Acquanegrae, aedis titulus positus a veterano ex Cremona oriundo. Ad Brixiam ducunt tribus Fabia in Gambarensibus duobus n. 4129. 4130, Scorzarolensi n. 4145, Ghedensi n. 4156, Manerbiensi n. 4165, Bagnolensi n. 4192 posito iussu ordinis, scilicet Brixianorum. Praeterea notabiles sunt *quattuorviri* nescio qui tituli Gottolengensis n. 4131 numero non duo, sed quattuor ex decurionum decreto turrim facientes.

4122 Gabbionetae nuperrime rep. ARISI; ibidem in S. Pedretto fundo PP. Olivetanorum Cremonensium XIII m. p. a Cremona ZACC. BIANCHI. Deinde in hortis Picenardiis, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera.

COLLEG · FABROR
C · MEFANATI
GRACILI · ET
L · MINICIO · ALEXANDRO
5 VI VIRIS · AVG · ET
VRSIONI · SECVNDI · FIL
QVI · FACVL TATES · SVAS
COLL · RELIQ

Contuli. Ed. Arisi Cremona litt. 3 (1741), 344, cui dedit marchio Io. Franc. de Datis; Zaccaria excurs. 2, 122; Bianchi *marmi Crem.* p. 163 tab. 22 (inde Orelli 4080).

Colleg(ium) fabror(um) C. Mefanati Gracili et L. Minicio Alexandro VI viris Aug(ustalibus) et Ursioni Secundi fil(io), qui facultates suas col(legio) reliq(uerunt).

4123 rep. ad Grontardum in S. Iohannis in Deserto villa monachorum Olivetanorum. Deinde in hortis Picenardianis, ubi vidi. Nunc Mediolani in Brera.

L · GEMINIUS
MAXIMVS
VET · LEG · PR · ADIVTR · P · F
SIBI · ET
5 L · GEMINIO
CASTORI · LIB

Contuli. Ed. Bianchi p. 171 tab. 23 (inde Orelli 3544).

4124 rep. in agro Cremonensi prope S. Iohannis in deserto in vetere oratorio monachorum Olivetanorum; nunc in hortis Picenardianis BIANCHI. Ibidem vidi. Nunc Mediolani in Brera.

V F
P · PAPIRIVS · P · LIB
THEODORVS
SIBI · ET ·
5 VALERIAE · CALLIRIOE sic
VXORI
CORNELIAE · CALLITYC · E
PRIVIGNAE
PECVLIARI · ANTI · ACON
10 H · M · H · N · S

Contuli. Ed. Bianchi p. 184 tab. 26 (inde Orelli 2807).

4 debuit esse CALLIRIOE. — 9 non *peculiari antea cont(ubernali)*, ut voluit Bianchius, sed *Peculiari Anti Acont(iani?)*.

4125 Robecchi a Cremona Brixiam versus ante oratorium S. Rochi MUR. GNOCCHI BIANCHI; deinde Cremonae apud Biffium BIANCHI 1787; in hortis Picenardianis BIANCHI 1791. Ibidem vidi. Iam est Mediolani in Brera.

L · BIRRONI
QVARTION
T · PINNIVS · FOR · TIS
HERES
5 TESTAMENTO
PONENDV · m
CVRAVIT

Contuli. Mur. 1445, 3 a Francisco Arisio; Gnocchi *iscr. Bresc.* p. 251 qui vidit; Bianchi in *ephemeridibus notizie diverse Cremonae* 10 Mart. 1787 n. X et *marmi Crem.* p. 195 tab. 27.

4 supplevit lapidarius.

4128 Gambarae in hortis ecclesiae S. Mariae nivis.

IOVI
P · VT · LIV ·
PAGAN · . . .

Gnocchi ms. p. 144 (inde Donat. 8, 4; Labus p. 25 n. 28).

4126 rep. Pontevicae in campo Brognoliorum a. 1777 10 Iul. MARINI BROGNOLI CHIARAM. Deinde Brixiae apud Brognolios, qui dederunt museo.

MINERVAE
V · S · L · M
urceus SENECA · MAGIA patera
MAGI · F
corolla

Contuli. Habent Brognoli ms.; Aricius in suppl. ms. ad Arragonensem n. 500; Zamboni *mem. int. alle pubbliche fabbriche di Brescia* (1778) ante praef. inter ornamenta depictam; Horatius Chiaramonti *in lode del beato Sebastiano Maggi* (Brixiae 1779. 8) p. 17; Marini ms.; Maffetti Bergomas ms.; Is. Bianchi *lettera a Gaetano Maggi sopra un antica iscr. inedita* (Cremonae 1793) q. n. v. et *antol. Romana* 25 (1795) p. 214 (inde per Masdeu Orell. 1422); Ioli cat. mus. f. 17; Labus p. 27 n. 32.

4127 Gotolengi in sacello S. Nazarii, ubi est aqua benedicta.

M · VINNIVS · L · F
APOLLINI
V · S · rosa L · M

Servarunt Solatiani Traiectinus n. 125 et Mediceus n. 146. Inde Arragonensis ms. n. 306 = 441 et per Tottium Vinaccius in add. p. 233 (ex Vinaccius Mur. 23, 4 et Gnocchi ms. p. 155); Labus p. 51 n. 65, inter alios Soncinium citans.

1 sic Trai., VINIVS · L · F reliqui. — 2 APOLLINI Trai.